

²⁾ S.u. Nr. 2065 Z. 10.

³⁾ So Nikolaus V. 1452 III 27 an Eb. Dietrich; Ringel, Volprecht von Dersch 56 Anm. 149. Die Domherren bitten in ihrem Schreiben, da Eb. Dietrich, soweit sie wüßten, die entsprechende Absolution bisher nicht erlangt habe, möge dieser sich mit ihnen nicht im Mainzer Dom, sondern in Eltville treffen.

<(vor?) 1451 November 14 / Dezember 3.>¹⁾

Nr. 1992

Doktor <Hermann> Talheim²⁾ an Eb. <Dietrich> von Mainz. Er warnt ihn und die in Mainz tagende Provinzialsynode vor der Annahme der von <NvK> vorgelegten Reformdekrete, da sie die Mainzer Provinz von den übrigen Kirchenprovinzen Deutschlands und die deutsche Nation durch den sich daraus ergebenden Sonderritus in einem Schisma von den anderen Nationen trennen würde, das die Deutschen mit den Griechen vergleichbar werden ließe. Er fordert die vorherige Reform des Papstes, der Kurie und der Kardinäle, deren Amts- und Lebensführung er geißelt und von der in Deutschland herrschenden Reinheit abhebt. Er beklagt sich über die Erhebung der Ablassgelder durch <NvK> und verlangt ein Nationalkonzil sowie das vom Papst versprochene Generalkonzil.

Fassung a.

Kop. (15. Jh.): BERLIN, Staatsbibl. — Preuß. Kulturbesitz, Ms. theol. lat. qu. 207 f. 373^r–374^r. Zur Hs. (Provenienz: Dominikaner in Lippstadt) s. Rose, Handschriften-Verzeichnisse XIII/II 604–609 (= Be). — BRESLAU, Bibl. Univ., Cod. Mil. IV 77 f. 270^{rv}. Zur Hs. (Provenienz: unbekanntes Bettelordenkloster) s. Hallauer, Mainzer Provinzialsynode 260f. Anm. 2 (= Br). — WOLFENBÜTTEL, Herzog-August-Bibl., Cod. 367 Helmst. f. 30^{rv}. Zur Hs. (aus dem Besitz des Flacius Illyricus) s.o. Nr. 520 Vorbemerkung (= W₂).

Fassung b.

Kop. (15. Jh.): WOLFENBÜTTEL, Herzog-August-Bibl., Cod. 264 Helmst. f. 61^r–62^r. Zur Hs. s.o. Nr. 1390 (= W₁).

Druck: Walch, Monumenta Medii Aevi I/1, 101–110 (nach W₂), wo irrigerweise Carvajal als Adressat angesehen wird; Hallauer, Mainzer Provinzialsynode 260–263.

Übersetzungen. Deutsch: Gebhardt, Gravamina 3–7; 2. Aufl. 5–9. Englisch: G. Strauss, Manifestations of Discontent in Germany on the Eve of the Reformation, Bloomington und London 1971, 48–52 Nr. 4.

Erw.: O. Lorenz, Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter seit der Mitte des dreizehnten Jahrhunderts, 3. Aufl., Berlin 1887, II 308; Werminghoff, Nationalkirchliche Bestrebungen 112; Rose, Handschriften-Verzeichnisse XIII/II 608; Zibermayr, Tätigkeit 140; Tillingbast, Aborted Reformation 69f.; Hallauer, Mainzer Provinzialsynode (mit ausführlichem Kommentar); Meyer, Wiener Konkordate 134–139; Schmidt, Bettelorden in Trier 362; Orth, Nikolaus von Kues 14f.

Die zeitliche Folge der zwei Fassungen kann nicht bestimmt werden. Die Kopien beider sind korrupt. Unser Text stützt sich daher auf die jeweils besseren Lesungen beider Fassungen, ohne diese selbst rekonstruieren zu können. Abhängigkeiten voneinander lassen sich auch nicht für die drei Handschriften der Fassung a ermitteln; doch geben (die schlechtere Hs.) Be und W₂ wegen vieler Übereinstimmungen auf eine gemeinsame Sondervorlage zurück. Sonderlesarten jeweils einer der drei Handschriften sind in der Regel nur notiert, wo es sich um größere Abweichungen handelt. Der überwiegenden Schreibung der Handschriften a folgend übernimmt unsere Transkription: consilium, nicht (wie in W₁): concilium.

¹⁾ Z. 31f. zeigt, daß die Mainzer Synodalen durch Nr. 1992 in ihrer Entscheidung beeinflusst werden sollten. Nr. 1992 ist also kurz vor dem Zusammentritt oder in den ersten Tagen des Konzils abgefaßt worden. Zu der Ortsangabe "Erfurt" am Ende von W₁, die in ihrer Unzuverlässigkeit durch die ebenso falsche Jahreszahl "1452" wie den irrigen Namen "Konrad" des Eb. von Mainz hinreichend gekennzeichnet ist, s. Hallauer, Mainzer Provinzialsynode 256.

²⁾ Zu dem Dominikanertheologen Talheim, der damals Professor in Köln war, s. Hallauer, Mainzer Provinzialsynode 255f.; Kleineidam, Universitas II, 2. Aufl. 272.

Reverendissime pater. In isto sacro consilio aliqua ponderosa sunt attendenda, consideranda et tractanda. Primo quod auctoritas sacrorum consiliorum generalium non annihiletur nec evacuetur per decreta reverendissimi patris et domini cardinalis legati, quia sua decreta, que auctoritate sue legationis introducuntur, sunt quasi decreta consilii Basiliensis, que per singulas naciones fuerunt
5 sprete et usque quaque non accepta, presertim per nationem Germanicam. Si igitur modo auctoritate sue legationis acceptarentur, tunc sua potestas maior videretur quam consilii generalis, quod non consonat veritati. Quare summa cum diligencia hoc pre omnibus est pensandum. Non eciam videtur esse tutum neque cautum, quod fiat specialis et particularis reformacio unius provincie aliis provinciis non reformatis propter difformitatem rituum in ecclesia dei; que fieret, si in una provincia
10 christifideles, tam seculares quam spirituales, in specie reformationis necnon in observancia legis divine ab aliis hominibus aliarum provinciarum differrent.

Et si omnino necessarium videatur ad reformationem huius alme provincie esse procedendum, primo omni diligenti indagine considerandum est, in quo vel in quibus alie provincie Germanice nationis velint reformari. Et interim, quod de illis nichil constat, supersedendum esse puto cum re-
15 formatione particulari, ne differencia rituum introducat, unde verisimiliter multa mala possent exoriri, donec et quousque fiat generalis omnium aliarum provinciarum reformacio. Quare opus esset, ut fieret unum consilium nationale pro nostra natione Almanica, ad quam reverendissimus pater et dominus cardinalis legatus pro reformatione facienda, ut dicitur, missus est.³⁾ Et revera non solum opus est, ut fiat consilium nationale, verum eciam generale, quia si sola nacio Almanica reformaretur et alie naciones manerent in ritu et observanciis eorum, fieret quoddam scisma vel divisio. Et sic
20 Almani reputarentur sicut Greci, qui specialem ritum et modum habent legis divine, quod absurdum esset.

Dicitur eciam, quod dictus dominus cardinalis legatus venit ad reformandum nationem Almanicam, tam seculares quam spirituales personas tamquam membra ecclesie Romane. Bonum esset, si
25 ista reformacio debitum et regularem haberet progressum. Nam languescente capite cetera membra dolere conprobantur. Idcirco a capite, non a membris censetur esse inchoandum.

*Zunächst möge der Papst mit seiner Kurie reformiert werden, wie es seine und seiner Kardinäle Simonie-Exzesse beim Pfründenverkauf erforderlich machen. Ferner seien die für apostolische Schreiben gezahlten Taxen zu reformieren, die sich nach der Zeit Johannis XXIII. etwa verdoppelt hätten. Der Papst sinne tagaus tagein darauf, quomodo totam substantiam nationis Germanice sibi valeat acquirere, vor allem durch hinterhältige Tricks bei der uferlosen Erteilung von Exspektanzen und Reservationen.⁴⁾ Videant domini de consilio, an hoc iustum sit vel sanctum taliter pauperes decipere etc. Schließlich sei das luxuriöse Leben der Kardinäle zu reformieren, die mit 100, 80, 70, oder 60 Pferden zum Papstpalast ritten, was zur Zeit der Päpste Bonifaz' IX., Innocenz' (VII.) und Johannis XXIII. noch unbekannt gewesen sei, die zahlreiche Pfründen bis
30 hin zu drei Metropolitankirchen kumulierten und die ihnen kommandierten Klöster ganz und gar zugrunde richteten. An der Kurie trieben sich Wucherer, Konkubinarier, Hurer und Huren herum, wovon die provincia Germanica bisher unberührt sei.*

Item dominus apostolicus et Italici non sunt contenti in eo, quod quasi infinitum thesaurum in anno iubileo a christifidelibus per universum mundum habuerunt, qui personaliter pro gracia anni

Über dem Text: Litt(e)ra doctoris Talheym's sequitur W_1 Avisamentum super reformatione universaliter facienda et celebracione consilii generalis W_2 1 isto *fehlt* BeW_2 consideranda et tractanda *fehlt a* 3 que *fehlt* W_1 4 sunt: Ita sunt W_1 5 modo *fehlt* W_1 10 seculares quam spirituales: spirituales quam seculares W_1 specie: spem W_1 12 si: sic BeW_2 videatur: videretur quod BeW_2 esse: esset BeW_2 14 nichil *fehlt* W_1 15–16 exoriri: oriri W_1 17 ut: quod W_1 nationale: generale W_2 18 pro — facienda *fehlt* W_1 dicitur: dicit BeW_2 20 vel: et W_1 21 sicut: ut BeW_1 22 esset: videretur BeW_2 *fehlt* W_1 23 Dicitur *fehlt* BeW_2 quod *fehlt* W_1 31–32 Videant — etc.: Videant omnes an hoc iustum sit vel sanctum pauperes taliter omnino decipere Be Videant omnes an hoc iustum sit vel sanctum pauperes sic despiciere omnino W_2 Domini de concilio disceverint vel dictaverint ac (!) hoc iustum vel sanctum sit taliter pauperes decipere etc. W_1 38 quasi *fehlt* BeW_1 39 per universum mundum *fehlt a* anni *fehlt* $BeBrW_1$

³⁾ Vgl. hierzu auch Nr. 2063 Z. 25f.

⁴⁾ Hierzu ausführlich Meyer, Wiener Konkordat 134–142, u.a. mit Hinweis auf Nr. 855 und 864 ebendort 141. Vgl. auch oben Nr. 978 Z. 9–13.

iubilei curiam Romanam visitaverunt; sed modo mittit cardinalem, qui, ut residuum de substantiis 40 nostris habeat, pauperes Christi per positionem cistarum spoliat indulgencias anni iubilei sub pacto vendendo. Que posicio cistarum christifideles distrahit, diffidere et dubitare facit, nimirum quia per hanc sepe decepti sunt, puta pro conversione Bohemorum et reductione Grecorum, quorum nullum secutum est in effectum.⁵⁾

Et nescitur, cur Almani plus puniri debeant in anno gracie, qui legacionem indulgenciarum fide- 45 ter suscipiunt, quam Italici; iubileo assidue utentes nullam tamen exactionem ad cistam contribunt. Et ille idem legatus introducit sub modo et specie nostre reformationis, volens hic reformare clericos pauperes, pistores, carnifices, sutores, tabernatores. Certe si dominus apostolicus et sua curia se reformarent vel per consilium generale fieret reformatio generalis, faciliter membra ecclesie, unumquodque in suo statu, reformarentur. 50

Necessarium ergo et oportunum videtur, ut fiat consilium generale per papam, prout iuravit se velle tenere. Amen etc.

40 modo: nunc W_1 41 nostris *fehlt* W_1 relictis *Be* per positionem: propter impositiones W_1 42 distrahit — facit: detrahit et facit in fide dubitare *Be* W_2 43 pro conversione: per conversionem a reductione: reductionem W_2 44 secutum — in: deductum est ad *Be* est deductum ad W_2 45 legacionem indulgenciarum: legati indulgencias *Be* 46 nullam tamen exactionem: nulla tamen exactione *Br* nulla exactione W_1 cistam: cistas W_1 47 idem *fehlt* W_1 modo et *fehlt* W_1 nostre *fehlt* a 48 sutores *fehlt* a 49 se: se qui caput et capita sunt *Be* 50 unumquodque *fehlt* W_1 51 prout: prout ipse *Be* 52 Amen etc. *fehlt* *Be* W_1 W_2 *unter dem Text*: Avisamentum porrectum archiepiscopo Maguntinensi in consilio provinciali per eundem celebrato (*getilgt*: ex par) in cautelam cardinalis legati *Br* Hec Talheym doctor. Hec sunt scripta ex Erfordia reverendo in Christo patri et domino Conrado archiepiscopo ecclesie Maguntinensi necnon sancte sedis Romane archicancellario anno domini M^o cccc^ol^{mo} secundo etcetera W_1 .

⁵⁾ Vgl. etwa die bei Helmrath, Basler Konzil 52f., genannte Literatur.

1451 November 14, Maastricht.

Nr. 1993

B. Johann von Lüttich an NvK. Er bittet NvK, wegen der Lütticher Kirchen Zurückhaltung zu üben, bis er ihn bei einem erneuten Besuch persönlich gesprochen habe, damit die Sache angemessen beigelegt werde.

Or. (mit eigenhändiger Unterschrift), Pap.: BRIXEN, Diözesanarchiv, HA, HHR I f. 67^b Nr. 165. Zur Handschrift s. Hausmann, Briefe 9–15. Druck: Hausmann, Briefe 16 Nr. 1a.

Reverendissime pater. Cum perceperimus certam esse litteram directam confratribus meis decano et capitulo maioris ac decanis et capitulis aliarum secundariorum ecclesiarum mearum Leodiensium¹⁾, cuius occasione vereor, ne plurime possint inconvenientie simultatesque²⁾ suboriri, quas, novit Altissimus, totis viribus totoque annisu vitare vellem, nec scio rem, que iniocundius michi obvenire posset, eapropter v. r. p. obnixius exoro atque deprecor, quatenus negotium hoc adversus prescriptas ecclesiam et ecclesias inchoatum bono ac decenti modo 'sub modio reponere'³⁾ atque dissimulare velit vestra celsitudo, quoniam prelibate v. p. r. de hac materia, dum gracia dei has partes denuo adierit, ore ad os loqui propono ad finem, ut res ipsa convenienti modo sopiri valeat, quia hac vice lacius de materia scribere non valeo. In quo et mihi singularem complacenciam faciet v. r. p., quam Altissimus conservet prosperam et longevam. Ex opido meo Traiectensi raptissime xiiii 10 novembris anno etc. I primo meo sub sigillo.

V. r. p. devotus I. episcopus Leodiensis, dux Bullonensis, comes Lossensis.

Io. episcopus propria manu.

(*Außenadresse*.) Reverendissimo in Christo patri ac domino N. tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali ac sacrosancte sedis apostolice per Alamaniam legato domino suo colendissimo. 15

3 ne: me simultatesque: submultatesque 13 *eigenhändig*.